ul|lius *(sic)* animi sui laesione. | Aprius Illiomarus fil. pa|tri karissim. p. c. et sub a. d.

Vaise prope Lyon (XIII 1998 vidit Hirschfeld). — 1) Cf. C. I. L. XIII, 1 p. 512. — 2) Cf. N. 6875 not. 2.

7036 [*Di*]anae Aug. sacrum | [*i*]n honor. pagi Condat.[1] | C. Gentius Olillus | magister pagi bis, | cuius dedicatione hono|ratis praesentib. dedit | [*ep*]uli Ӿ II. | L. d. d. p. Cond.[2]

Lugduni ad Araris ripam rep. (XIII 1670 vidit Hirschfeld). — 1) In pago Condate situm fuisse aram Romae et Augusti putat Hirschfeld l. c. p. 228. Etiam supra N. 1441 videtur supplendum esse patr[*ono pagi Cond*]ate. *— 2) Loco dato decreto pagi Condatium.*

Alios titulos Lugdunenses dedi supra N. 1172. 1172ª. 1330. 1384. 1389. 1444. 1454. 1460. 1563. 1639. 2119. 2124—2126. 2312. 2389. 2405. 2407. 2463. 3022. 3208. 3549. 4131—4134. 4794. 4813. 4817. 4952ª. 5722. 5997. 6037.

7037 Genio Arverno | Sext. Orgius Suavis[1] | Aeduus.

Clermont-Ferrand, ubi fuit Augustonemetum oppidum Arvernorum, rep. (XIII 1462 saepius descripta saec. XVII—XIX). — 1) Idem supra N. 4631. 4632. — De Arvernis cf. supra ad N. 4590. 4600.

7038 Augusto sacrum | et Genio civitatis | Bit. Viv.[1]

Burdigalae, ara ornata (XIII 566 vidit Hirschfeld). — 1) Biturigum Viviscorum.

7039 d. m. | Nemetogenae[1] an|cillae publicae d. | XXI[2], et Apaaus|tro marit., | et Primitivo publ.[3]

Burdigalae (XIII 603 vidit Hirschfeld). — 1) Idem nomen est etiam XIII 806. — 2) Defunctae XXI, scilicet annorum. — 3) Publico (servo).

7040 [*C. Iulio*] C. Iuli Ricoveriugi f. Vol. Marino [*flamini? | Augus*]tali primo, c. c. R.[1], quaestóri, verg[*obreto*[2], | *Iulia*] Marina filia p[*osuit*].

Saintes, ubi fuit Mediolanum Santonum (XIII 1048 vidit Hirschfeld). — 1) Curatori civium Romanorum. — 2) Supplevit Mowat. Cf. Caes. bell. Gall. 1, 16, 5 not. Tiron. ed. Schuetz tab. XXXVI 37; nummus Lexoviensis quem citat Hirschfeld Sitzungsber. Berl. Akad. 1897 p. 1116 not. 5. — Eiusdem loci titulum dedi N. 2531.

7041 M. Lucter. | Lucterii[1] Sen[*e*]|ciani f. Leoni | omnibus ho|noribus in pa|tria functo, | sacerd. arae | Aug. inter con|fluent. Arar. | et Rhodani, | civitas Cad. | ob merit. eius | publ. posuit.

Prope Cahors rep., ubi fuit Divona Cadurcorum (XIII 1541 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) Lucterius Cadurcus notus ex Caesaris commentariorum de bello Gallico lib. VII et VIII eiusdem familiae fuisse videtur (Hirschf.).

7042 . . . . . .[1] | ferrariar., gutuater[2], praefectus colon., | qui antequam hic quiesco, liberos meos | utrosq. vidi Nonn.[3] Ferocem flam., IIvirum bis, | . . . . . .

Le Puy ad Ligerim, ubi fuit Anicium Vellavorum (XIII 1577 vidit Hirsch-

archive.org